Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



vellet habe. penitus adiuit Omissis g̃ cognatis et
amicis et omnibus que habebat. transactis post paucis
diebus ad quoddam monasterium solitarior in tenebro
sa silua constitutum venit. vbi regularis disciplina arti
sime et structissime seuabat. Fratribus autem eiusdem
monasterii eodem quidam pr̃ spiritualis p̃fuit nomine
gregorius angloꝝ gente procreatus. qui in iuuenilibus
annis patrium parentes et vxorem sibi desponsatam
relinquens ad monasterium conuolarat Huic ergo
abbatis magisterio beatus wolfgangus se commendat
monastica habitu induebat Tanto autem rigore et
obseruancia in eodem monasterio viuebat. vt multi
de vicinis monasteriis audientes pbitatis eius
famam ad illum venirent Quos omnis ante ptm ab
batis licencia in auctoritatibus et artificialibus do
ctrinis ac moribus instruebat Eodem tpe beatus
vdalricus epus causa visitandi fratres solito more
ad idem monasterium venit Et ad pr̃ aliquot di
es ibidem moratus beati wolfganti pbitate agno
uisset. magno karitatis affectu ipsum amplecti et
venerari cepit. et non multo post quamuis pluri
mum renitentem presbiterum ordinauit Susce
pto utique sacerdotali dignitate. dum quadam die
vice in ordine consistet et pro sua aliorq̃ salute
deo p̃ces deuote fundet atq̃ suffragia sanctorum in
tentissime inuocaret. beatum ethmarum confessorem
quem frequentissime inuocabat obdormiens in